

Mandatum Sacrae Majestatis Regiae  
ut subditi Villa Leka robora et materiam lignorum  
more antiquo ad fodinas justo pretio suppeditare  
permittat.

Sigismundus Augustus Dei Gratia Rex Polo-  
niae, magnus Dux Lithuaniae Russiae Insuper Ma-  
sovia Samogitiaeque Dominus et haeres.

Generoso Severino Bonar Aulico et Capiteano Nostro Rab-  
stineni, fidei Nobis dilecto in absentia ejus Vice Capiteano  
gratiam Nostram Regiam. Fidelis Nobis dilecte.

Relatum est Nobis Fidelitatem tuam, subditi Castellum No-  
stri Rabstineni Villa Leka inhibuisse, ne ulla robora vel  
materiam ullam lignorum ad curiculum et fodinas Illarum  
suppeditent. Tua inhibitione, cum aliunde coctice ligna ha-  
bere non possint, magnum impedimentum labori curiculi  
et fodinarum fieri, cum vero non tantum nostra, sed et Rei  
publicae, atque etiam Fidelitati tuae plurimum intersit, la-  
borem curiculi omni studio et diligentia ita promoveri, ut  
quanto citius perficiatur, et fodinae coli possint, ex quarum fre-  
quentia ad ipsum quoque Castellum magis utilitatis proveniat.  
Mandamus fidelitati tuae omnino habere volendo, ut mox  
presentibus inhibitionem hujusmodi relaxet et ipsos Villa  
Leka subditi robora ejusmodi et materiam lignorum  
more antiquo libere ad fodinas ipsas justo pretio suppeditare  
permittat. In gratia Nostra Datum Lublini die Prima  
Augusti Anno Domini Millesimo Quingentesimo sexto  
Regni Nostri XXXVII.

Ad Mandatum Sacrae Majestatis Regiae proprium.

88  
Hoc mandatum Actis Castrensibus Cracoviensibus in-  
scriptum, transmissum est ad Arcem Rabutinensem, per  
Gregorium Belka Razka Ministerialem de Morzowa et  
Jacobum Kęcki, cum vero illud reddissent, Nicolaus Niesis-  
towski Vice Capitaneus Rabutinensis, perlecto mandato,  
Jacobum Kęcki verberibus affecit, capillos et barbam emulit,  
quo viso Ministerialis aufugit, neque recognitionem man-  
dati reddere fecit. Protestatio facta est ad in Actis Cas-  
trensibus Cracoviensibus Millesimo Quingentesimo  
Sexagesimo Sexto Feria quinta post Egidij

Adi 10 Die Mensis Septembris facta est Conva-  
catio Cultorum Suprascriptorum.

Urodzeni, Szlachetni zacni Panowie Gwary niżej  
opisani. Jest tego pilna potrzeba aby się W. M. iutro ho-  
ra duodecima zeszli, a Skoto Stoli Bonikowskiej, sprawę  
co się tam dzieie wzięli, a iestliby tam Który chiał iachai  
theda się niechay nagotwie na Wigtek, bo ca też w Ligtek  
wycezdzam.